



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

10. Dives etiam, quia voluptarius fuit, damnatus est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

horum, sed, erat quidem dities. Quid magnum est? dines erat, de suo
 dines erat. Cui aliquid tulerat? an forte illi auferret, & Dominus de
 illo reticeret, & personam eius acciperet, si crimina eius absconderet, qui
Noe. 7. nobis dicit: Nolite personaliter judicare? Si vis ergo audire crimen dini-
 tis illius, noli amplius querere, quam audio à veritate. Dines erat, qui
 induebatur purpura & byssus, & epulabatur quotidie splendide. Quod ergo
 eius crimen? Iacens ante ianuam ulcerosus, & non adiutus. Hoc enim
 aperte de illo dictum est, quod immisericors erat. Numquid enim, cha-
 rissimi, si pauper ille ante ianuam jacentem sufficientem panem à dinitate
 ciperet, diceretur de illo, quia cupiebat saturari de misericordia, qua cadebant
 de mensa diuitis? Propter hanc solam inhumanitatem, qua contemnebant
 pauperem ante ianuam suam jacentem, nec congrue dignebat pascebat,
 mortuus est, & sepultus est. Et cum apud inferos in tormentis esset, le-
 nauit oculos suos, & vidit pauperem in sinu Abraham. Et quid nullus
 immorer? Desiderauit guttam, qui non dedit misericordiam. Nonne accepit
 iustum sententiam, qui non dedit crudeli anaritia? Si haec ergo pæna est
 auarorum, que pæna raptorum?

X.

Tertia causa ab eodem epulone diuite trahitur. Nam enim
 diuitiae neque peccata sunt, neque culpabiles, vt recte docuit Au-
 gustinus, neque prosperitas crimen haberi potest, cum à Deo sit,
 tamen inter diuitias illius elogia damnationis, ab Abraham eti-
 am illud profertur, quia recepit bona in vita sua. Quapropter D.
S. Basilius hom. in hac verba exclamat: Timeto exemplum diuitis. illum de-
 litia vite igni tradiderunt, non ob iniustitiam. Verum est, immiseri-
 cors fuit, sed non haec sola causa indicatur supplicii. Opulentia
 illi etiam, & fastiuus fortunæ vsus, & favor auri, & splendor pur-
 puræ, & apparatus epularum, denique magnæ annona volupta-
 tis obijicitur. Haec enim sunt, quia Lazaro defuerunt, & diniti il-
 li superfuerunt, quæq; ille, si quid fortasse bene meruit, pro me-
 ritis suis in hac vita recipit. Quin hoc elogium damnationis, eti-
 am Christus ipse non dissimulauit: Ve vobis diuitibus, inquit, quia
 habetis consolationem vestram; ve vobis, qui saturati estis; ve vobis,
 qui ridetis nunc, quia lugebitis. Quid ita? an non ille diuitias condi-
 dit? an non epulas creauit? an purpuram non fecit? Aut fortas-
 se peccatum est, habere, quod supremus rerum Dominus dona-
 uit? Nequaquam. Sed delictum est, possidere, quod alijs erat

Luc. 16

distribuendum; sacrilegium est, ad Dei ignominiam usurpare; quod ad illius honorem & gloriam erat usurpandum. Quamquam etiam copia rerum scelus non sit, tamen ut supra docui, ea vel fundamentum, vel adulterium est scelerum ac vitiorum. Compendium est vituperationis, fortunatum dici, & simul non etiam misericordem, beneficium, liberalem, patrem pauperum, sobrium, iustum, & munificum esse: quia titulus opulentiae, sine virtute, est omnium criminum index, & procurator voluptatis. Quid porro voluptas parat, ex illa sententia discitur: *Quantum glorificauit se, Apoc. 18. 7.*
& in delitio fuit; tantum date illi tormentum & luctum.

Quarta caufsa, quia uti iustitia celo digna est, ita iniustia inferno. *Mane astabo tibi, & videbo,* ait Propheta. Quid videbis, *Psal. 5. 6.*
o Videns? quoniam non Deus volens iniuriam tuos. Neque habebit iuxta te malignus neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. At, iuxta commune adagium, diues plerumq; aut iniustus, aut iniusti haeres est. Quid ergo mirum, si diuitiae dicantur esse magna occasio aeternae damnationis? cum & ab Ethnicis irritamenta malorum appellantur? & Iacobus Apostolus dicat: *Agite nunc diuities, Iac. 5. 1.*
plorare v'lantes in miserys vestris, qua aduenient vobis. Diuitiae vestrae putrefactae sunt; & vestimenta vestra a tineis comepta sunt. Aurum & argentum vestrum eruginauit, & arugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras, sicut ignis. *Theſaurizasti vobis iram in nouissimis diebus.* Quam veritatem D. Gregorius hoc lucu- *S. Gregorii*
lento exemplo confirmat. Femina ex illis una, quibus dictum est *Turon. lib. 2.*
a Poëta: *de glor. martyrum*
tyr. c. 106.

Sed facile est vobis verba & componere frades,

prætextu pietatis, multos deceperat, qui vultui, & gestui, & sermonis tractui crediderunt. Utq; simulationi sacris peregrinacionibus conciliaret autoritatem, terram Palæstinam, quam Deus homo, suis natalibus, suoq; sepulchro insignem fegerat, visitare solitabat. Hoc iter illi occasio pecuniae lucrandæ fuit. Nam multam peculij summam illi Christiani vbiq; contribuerunt, qua captiuos redimeret, egentesque sustentaret; quam illa interuerit. Neque enim eam in terram sanctam pertulit, sed clam domi in suos olim v'rus sub terra defossam occultauit. Rarò profundit iniuste acquisita, *Quare neque mulierem hanc sua furtu iuuerunt.* Di-